

H. Succ.
99

Succ.

99

~~Hist. Suecia, 77. of 78. of 79.~~

Hist. Suec. 88.

Effigies

M A G N I

C A R O L I X I I

Svecorum, Gothorum, Van-
dalarumque REGIS,

Gloriosissimi,

POST DATAM

POLONIÆ ET SAXONIÆ

P A C E M ,

A QUODAM EXTERO MILITE

DELINEATA.

L I P S I Æ,

Apud JOH. THEODOR. BOETIUM,

1707.

Erzogs

M A G N I

C A R O L I X I I I

Styrorum, Bohemum, V. etc.

Electoris Regini

Gloriosissimi

POST DATAM

POLONIAE ET SACHSONIAE

P A C E M

A QUODAM EXTERRANEIS

DELEGATIS

ANNO DOMINI MDCCCLXXII

1752



Effigiem CAROLI rudia hæc tibi carmina
præbent ;
Si tamen hunc Martem pingere posse
datur.
Belligeros oculos, Frontemque videbis
apertam ,
Os mediocre, cui Risus amænus inest.
Oblongam faciem nasi ornat forma virilis ;
Qualem ardor Solis facit, adest que color.
Non dices flavos, nec fuscos esse capillos,
Quam solet, elatæ, Dextra movere, comæ.
Cæruleæ vestis, placet, ut fert subdita turba,
Et modus, & species : nec variare jubet,
Terribilem lateri gladium mavortia pellis
Accingit, simili more tegitque manum.
Succinctum pileum, vanâ levitate carentem,
Dat capiti : collum fascia nigra tenet.
Ornamenta adhibet sibi nulla, modestaque in ipsis
Mandat equis; omni ac vult equitare die.
Majestas Regem neglecto in corpore præstat ;
Dum peditem, atque Ducem, vestis, & Arma no-
tant.
In parca mensa Veneris sibi corrigit ignes ;
Atque levi potu pellit utramque sitim.

Ipse

Ipse sibi infensus fieret si mollis; & ipsa
Sæpius est, mentis, fracta, labore quies.
Si DUX impavidus, velox, affabilis, æquus;
Si REX est clemens, providus, & sapiens.
Ingenii vires Senior prudentia ducit.
Falsa odit, profert vera, ubicumque probus.
Pauca loqui mallens, ut tam meliora loquatur,
Ni seruet, pereat, tam data verba colit.
Tam sibi secretus; nostræ quod proxima luci
Ipsa opera, haud hominis mens penetrare queat,
Et vitæ & mortis graviora pericula spernens;
Tot numerans Lauros, Bella quot ipse gerit.
Nulla audet præclarum animum tentare voluptas;
Nam ratio mores intemerata regit.
Confilio constans, tantum virtutis amicus,
Tam sibi severus, quam bonus est aliis.
Quid vero magni possit REX maximus, audi:
Quid Belli, & Pacis dicere facta valent.

Has Humillimas privati obsequii notas
Militari Latinitate
Vovebat

Sacrae Regiæ Sveciæ Majestatis

pedibus

V. A. C. S. D. M. S. E. B. C. A. C. A. S. R. M. M.

Mist. Succ. 99

